

à discipulis *Luc. 24. 51.* elevatus in nubibus, sublatus est in cœlum, *Act. 1. 9.*

16. *Continuata* per sessionem ad dexteram Dei in cœlis.

17. Quando *eiusdem regni* cum Patre confors, & exaltatus *super omne nomen* quod nominatur, non solum in hoc seculo, verum etiam in futuro;

18. *accepit* pariter cœlum *tanquam hæreditatem* propriam, juxta cum omnibus terminis seu finibus terræ,

19. & *receptus* est à cœlo *tanquam habitaculo gloria & sanctitatis* divinæ, *1. Reg. 9. 43. Ps. 68. 6.*

20. Unde *videns, audiens, regensq;* presentissimè & efficacissimè omnia;

21. *salvâ, ut unione hypostaticâ naturarum & proprietatum sine confusione,*

22. *ita & differentiâ, sine separatione;*

23. *salvâ nominatim distantia loci secundum substantiam ipsam carnis:*

24.